



Occasionalia VI-183  
potissimum Carmina  
vol. 25  
P-V

VI-183-

CARMEN GRATVLAVNDVM  
 SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE  
 POLONIARVM REGI  
 AC PR. ELECTORI SAXONI  
 A CONSILIIIS SANCTIORIBVS SVMMI  
 PROVOCATIONVM IVDICI PRÆSIDI  
 SVPREMIQVE CENSVM PROVINCIALIVM  
 COLLEGI DIRECTORI AVCTORITATE  
 MERITISQVE MAXIMO  
 ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
 DOMINO  
 DOMINO

**GOTTHELFIO  
 FRIDERICO  
 A SCHOENBERG**

DYNASTAE CLIENTELARVM TREBITI  
 SVPERIORIS ET INFERIORIS LVCEVITI PARITER  
 AC BVCCAVI ET RAHNSDORFI ET RELIQ. HEROI  
 DIVINVM HVMANVMQ. DECVS COMPLEXO AC LITERA  
 RVN MAECENATI CVM IN SVMMO SENATV ECCLESI  
 ASTICO AMPLISSIMAM PRÆSIDIS EMINENTISSIMI DI  
 GNITATEM FELICI RELIGIONIS DOCTRINARVMQ.  
 AVSPICIO SVSCIPERET  
 QVA PAR EST PIETATE OBSERVANTIAQVE  
 DIXIT  
 ACADEMIA VITEMBERGENSIS

---

PRELO SCHROEDTERIANO

Hæc

**D**At uela uentis, Aemonio duce,  
Tritonis, Aerae quae spolum  
petit,

Pinus, nec Arcturi procellas,  
Nec pluuias Hyadas, pauescit.

Nos, qui Mineruae currimus aequora,  
Mentisque uellus quaerimus aureum,  
Iam Syrtium securi et Euri,  
Te mare traicimus magistro.

Iason profundi progenies Iouis,  
Doctore format compositus rudeis  
Chirone mores, eminentque  
Praecipuus rationis auctor.

Te quanta tollit gloria sanguinis,  
Te tanta uirtus plausibus euehit,  
Doctrina quem, quem cultus aulae  
Perficit, et grauitas agendi.

---

Ridete, fictam qui legitis ratem,  
Quam Pallas Argi consilio locat,  
Oracla promentem loquaci  
Plurima fatidicoque malo.

Haec

Haec illa nauis, quam Federicia  
Pallas figurat, quae dat in ultimas  
Oracla terras, certa uates:  
Praesidis hanc moderare iure.

Tollunt carinam, quam uada depri-  
munt,  
Portantque bis sex per Libyae dies  
Deserta, ponto tum reperto,  
Deiciunt Zephyris uehendam.

Si uera uultis, plaudimus Herculi,  
Qui substitutis hanc humeris leuat  
Obnixus alnum, ne feratur  
In scopulos, breuiumque fraudes.

Natum perungit Phasias Aesone,  
Taurus ut armis igniuomos domet,  
Stratoque suspensas bidentis  
Auferat exuias dracone.

Maiore munit te memorabilis,  
Haec, quam uerentur saecula, sanctitas  
Vi, qua tot Harpyias fugabis,  
Moribus et reparabis aurum.

Gran-

Grandem fenecta reddit Iäsona  
Colchis iuuentae: sed perit obrutus,  
Vxoris astu, prouoluta,  
Cum fruitur requiete, puppi.

Nobis ademptos o tibi si, Pater,  
Addamus annos! O sed eas diu  
Puppi, secundus quam Fauoni  
Flatus agat, geminusque Pollux.

Substructa caesis Theffalico duci  
Delubra faxis collocat Asia:  
Sed maius Abderae sacrauit  
Relligio, Pariumque marmor.

SCHOENBERGIANIS tot sacra laudibus  
Stant templa, Saxo Phoebe, quot in-  
colis:

Ast una certat sanctiore  
Leucoris aduenerata cultu.

Transfris sedentes carbasa pandite,  
Sulcare uastum iam pelagus iuuat.

Rectore tanto, nil timemus,  
Scylla licet sonet, et Charybdis

---

VITEMBERGAE IN SAXONIBVS

A. R. G.

∞ 1700 CIV

XVI KL. MARTIAS

Ing. W. 183

W 18  
W 17



CARMEN GRATVLAVNDVM

SIMO POTENTISSIMOQVE  
OLONIARVM REGI  
PR. ELECTORI SAXONI  
LIIS SANCTIORIBVS SVMMI  
ATIONVM IVDICI PRAESIDI  
QVE CENSVM PROVINCIALIVM  
EGI DIRECTORI AVCTORITATE  
MERITISQVE MAXIMO  
RI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DOMINO

THELFIO  
DERICO  
CHOENBERG

CLIENTELARVM TREBITI  
INFERIORIS LVCEVITI PARITER  
T RAHNSDORFI ET RELIQ. HEROI  
NVMQ. DECVS COMPLEXO AC LITERA  
CVM IN SVMMO SENATV ECCLESI  
SIMAM PRAESIDIS EMINENTISSIMI DI  
LICI RELIGIONIS DOCTRINARVMQ  
AVSPICIO SVSCIPERET  
EST PIETATE OBSERVANTIAQVE  
DIXIT  
IA VITEMBERGENSIS



PRELO SCHROEDTERIANO  
Ridete, hanc  
Quam Falsas Atq; confilio locar  
Oracis prouentem loduaci  
Plurima faticodue malo.

Hasc